In dei Nomine. Noverint universi. Quod Ego Maria uxor Arnaldi sabaterii quondam guiverii civis Barchinone heres universalis Gabrielis sabaterii quondam pictoris civis dicte Civitatis Barchinone filii communis michi et dicto quondam viro meo prout de dicta mea
herencia pleno constat per ultimum testamentum eiusdem Guillermi sabaterii quondam quod fecit et ordinavit in posse discreti Johannis roqueta quondam auctoritate Regia notarii publici Barchinone vicesima secunda die decembris Anno anativitate domini Millesimo CCCC Quarto
decimo / Quodquidem testamentum clausum fuit per discretum Jacobum bages auctoritate Regia notarium publicum per totam terram dominacionem illustrissimi domini Regis Aragonum tenentem scripturas scribanie dicti discreti Johannis roqueta quondam notarii Barchinone et ex certa sciencia
attendens plura grata et accepta servicia que vos domina Anthonia consanguinitas dicti quondam viri mei uxorque ffrancisci rexach / prochie sancte Eulalie de Mogoda michi multipliciter impendistis et que cotidie impendere non cessatis / ad quorum
serviciorum remuneracionem / me reputo vobis teneri et obligata fore / Ideo in aliqualem dictorum serviciorum remuneracionem / per me ac omnes heredes et successores meos quoscumque dono donacione pura / perfecta simplici / et irrevocabili inter vivos et ex
causa donacionis cedo vobis dicte domine Anthonie et vestris ac quibus volueritis perpetuo / Totam illam peciam terre campanam / cum introitibus / exitibus Ac omnibus iuribus et pertinenciis suis qua ego ut heres predicta / habeo et possideo / in prochia sancti vincencii
de Mollet in loco vocato ales ffexes / Et terminatur dicta pecia terre qua vobis dono ab Oriente in Maria que ibi est a Meridie in honore Vincencii ffrari . ab Occidente in honore de ffonolleda / et a Circio in honore Jacobi ros / dicte prochie
de Mollet. Hanc autem donacionem / et ex causa donacionis concessionem / facio ego dicta Maria per me et meos vobis dicte domine Anthonie et vestris ac quibus velitis perpetuo de predictis omnibus et singulis pure / libere et absolute / et sine aliqua condicione / et
retencione ac sic melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum eciam intellectum / Et extraho predicta omnia et singula / que vobis dono de iure / dominio / proprietate / et posse mei et meorum / Eademque omnia et singula / in vestrum
vestrorumque ius dominium / proprietatem / et posse [...] et transfero irrevocabiliter pleno iure ad habendum / tenendum et pacifice perpetuo possidendum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde libere faciendum / sine obstaculo / vinculo / contradiccione / ac
impedimento mei et meorum ac alicuius curie et persone / Et promittens vobis tradere vobis vel cui volueritis loco vestri possessionem corporalem seu quasi predictorum que vobis dono. Vel vos / aut vestri / vel quos volueritis possitis ipsam possessionem
quando vobis et vestris placuerit vestra et vestrorum propria auctoritate et sine aliqua contradiccione / ac fatica mei et meorum . ac alicuius curie et persone libere / apprehendere / et apprehensam penes vos et vestros / ac quos volueritis / perpetuo licite retinere
Faciens illum de iure possidere cuius nomine possidetur. volens et concedens / quod vigore horum verborum / et ex iuris disposicione ipsa possessio contradita / et in vos ac vestros translata penitus habeatur. Preterea ex causa huius donacionis / ac alio eis via modo / et
forma quibus melius de iure fieri poterit et teneri / ac vobis et vestris tucius / et securius existat do cedo et mando vobis et vestris ac quibus velitis perpetuo omnia iura / et omnes acciones / reales / et personales . mixtas utiles et directas
ordinarias et extraordinarias . ac alias quascumque michi competencia et competentes / ac competere debencia et debentes in predictis que vobis dono / et contra quascumque personas et in quibuscumque bonis / et rebus racione et accione eorundem
Quibus iuribus et accionibus / possitis vos et vestri / ac quos volueritis uti et experiri / agendo videlicet respondendo / deffendendo excipiendo opponendo et replicando / et omnia alia faciendo in iudicio et extra iudicium / quecumque et quemadmo
dum ego poteram / ante huius vendicionem / et presentem cessionem et possem Nunc / ac eciam postea quandocumque. Ego eciam ponendo vos et vestros in hiis in locum et ius meum facio et constituo vos et vestros in hiis dominos et procuratores / in rem vestram
propriam ad faciendum de predictis vestras / et vestrorum omnimodas voluntates . Insuper convenio et promitto vobis necnon notario infrascripto ut infra stipulanti quod huiusmodi donacionem et presentem cessionem . Ac omnia alia et singula supradicta / semper
rata / Grata / et firma habebo / tenebo et observabo et in nullo contrafaciam vel veniam / racione ingratitudinis nec aliqua alia racione / iure modo seu causa / sub bonorum meorum omnium obligacione . Renuncians quantum ad hec legi illi
iuri dicenti donacionem posse revocari / vel irritam fieri propter ingratitudinem / vel aliam quamvis causam et omni alii iuri romano et consuetudini hiis obviantibus / Hec igitur omnia et singula / que et prout dicta sunt supra facio / paciscor convenio / et
et promitto. Ego dicta Maria per me et meos vobis dicte domine Anthonie et vestris / necnon notario infrascripto tanquam publice persone / quod vobis et quod aliis eciam personis omnibus quarum interest et intererit recipienti et paciscenti / ac
eciam legitime stipulanti. Actum est hoc Barchinone vicesima Septima die Julii / Anno anativitate domini / Millesimo CCCC vicesimo Tercio / Sig+num Marie predicte / Que predicta laudo et firmo.

Testes huius rei sunt / Petrus rocha apothecarius / Anthonius martini notarius / et Petrus de turribus scriptor habitatores Barchinone.

Sig + + num mei Juliani de Roure auctoritate Regia notarii publici Barchinone. Qui hec scribi feci et clausi. Cum litteris suppositis in linea xiii ubi dicitur / dni. Et cum litteris in rasis positis et correctis / in
lineis vi ubi dicitur decc. Et viii / dne / Et ix . viii . Et x . at Et xv one / Et xiii . eb / et . Et xxi . dne.